

Apostolus, & **Evangeliſta** ait : Vidi-
mus gloriam eius, gloriam quasi vni-
giti à patre, plenam gratia, & verita-
te. Neque fas est ait Bern. ferm. 2. de
aduentu, Dei filium degenerē ſulpica-
ri, sed ~~equalē~~ materi necesse eſt altitu-
dinis , & eiusdem penitus dignita-
tis.

Nam & principū filios, principes, &
regum filios, reges eſſe , quis nesciat? Hinc de eo apostolus ait : Qui cum in
forma Dei eſſet, non rapinam arbitra-
tus eſt ſe eſſe equalē Deo Ille meri-
tò (ait Bernard. homil. 2. ſuper Miſ-
ſus eſt) qui cum de nulla in angelicā
formam factus fuīſet, factori ſuo le-
cō parans, vſurpauit ſibi, quod filii altissi-
mi eſt proprium , qui vriue in forma
Dei non factus ſed genitus eſt. Altissi-
mus vero pater, quamuis omnipotens
ſit, non potuit tamen vel equalē ſibi
condere creaturem, vel in equalē gi-
gnere filium. Fecit itaque angelum ma-
gnum, led non quantus ipſe, & ideo nec
altissimum. Solum autem vnguentum,
quem non fecit, ſed genuit, omnipotēs
omnipotentem, altissimus altissimum,
eternus eternum iſum ſibi per om-
nia cooperari, nec rapinam æſtimat,
nec iniuriam. In libro quoq; de fide ad
Petrum Aug. ait : Pater Deus de nullo
genitus Deo ſemel iudeſt eternaliter
de ſua natura sine initio genuit filium
ſibi equalē, & eadem, qua ipſe natura
liter eternus eſt diuinitate coæter-
nū.

Et contra Maximum hereticū. Nihil
patre minus habet ille, qui dixit: Om-
nia, quæ habet pater, mea ſunt. Ioan.
6. Omnipotētia ergo patris etiam fi-
lii eſt. Nam omnia, quæ habet in ſub-
ſtantia ſua gignendo dedit ei pater, quæ
de ſubſtantia ſua genuit. Sed quid fru-
stra ineffabilia narrare labore? Certe
potentiam , & gloriam eius (quam vt
dictum eſt, per generationem accepit)
ille proferat, qui generationem eius
eternam narrare ſufficit. Verum nul-
lum inter filios hominum fore Eſa. 53.
trudit. Generationem eius inquiens,
qui enarrabit? Quamuis autem rex

ſit, & dominus cœli, & terræ, immo &
inferni ipſe, qui venit , in cuius ditio-
ne cuncta ſunt poſita , & cui omne ge-
nusſe cœtur, celeſtium terreftrium , &
infernorum. Specialiter autem noſter
rex eſt per gratiam electionem , & ado-
ptionem, ſicut & ſpecialiter noſter
Deus vocari voluit , ſicut ait Abrax.
Gen. 17. Statuam pactum meum in-
ter te, & me, & ſemen tuum poſt te fe-
dere ſempiterno, ut sim Deus tuus, &
feminis tui poſt te. Et Leu. 26. Ero ve-
ſter Deus vobis mihi eritis populus,
quoniam nos ſibi populuſ elegit, in quē
ſuorū beneficiorū cumularet immēſita
tē. Poterū hoc dilarari ex Berna. ſuper
Miſſus eſt. homil. 3. & homil. 4. Hinc
in psal. dicitur: Beatus populus, cuius
dominus Deus eius. Et iterum. Bea-
tus , cuius Deus Iacob , adiutor
eius.

Inniuit quoque , in themate cauſa
aduentus tanti regis, quæ eſt noſtra li-
beratio à peccatis, & redemptio à po-
ena perpetuæ damnationis. Rex noſter
ipſe veniet , & ſaluabit noſ. Et Luce
prima aī Gabriel: Ipſe enim ſaluuum
faciet populum ſuum à peccatis eorū.
Et ad Gal. quarto Miſſit Deus filiu-
muſ ſuum factum ex muliere , factum ſub
lege vt eos, qui ſub lege erant, redime-
ret, vt adoptionem filiorum Dei re-
cipereamus. Nobis itaq; venit non fi-
bi, quia in ſe magnus , & maximus, no-
biſ factus eſt paupers, vt nos magnos fa-
ceret. Per Eſaiam 9. dicitur: Paruu-
lus natus eſt nobis , & filius datus eſt
nobis. Nobis inquam, non ſibi, qui vti
que ante tempo multo nobilius ex
patre natus naſci, temporaliter non in-
digebat ex matre. Non autem angelis,
qui cum magnum habebant, paruſi
non requirebant. Nobis autem natus,
nobis & datus , quia nobis neceſſa-
rius.

Et quomodo nobis neceſſarius? quia
abiерamus in regionem deserti longin-
quam , errauimus , & penitus ſeducti
perieramus, perditosque captiuos nos
tenuit; & poſſedit ſeductor callidus
fortis armatus. Incepit errare primus